Quelle: https://manuscripta.at/?ID=41512
Copyright: Melk, Benediktinerstift



147a

et contemplacione diuinorum. Vnde augustinus de opere monachorum.
Tanto gloriosius quis ad superiora promouetur. quanto
diligentius ab inferioribus cauetur. Qui ei volunt
diuites fieri in hoc seculo. madunt in laqueum tentacionis
Propter quod dicit gregorius in moralium. Sunt nonnulli mustorum. qui
ad contemplandum culmen perfectionis accincti. extrinsecus cum
cta delinquunt. Idem in omelia. Liberius ad patriam ten
dimus. si eis sit diuicias qui pondere carenus. Secundo. quia paup
tas valet ad humilitatem inducendam et conseruandam. que
principaliter pertinet ad exercicium caritatis. et ad viam huius
dei. Nisi enim fueritis sicut paruli. non intrabitis in regnum
celorum. Pro eodem enim ponit pauperiem spiritus et humilitatis
ait. Beati pauperes spiritu. ꝛc. quia corporalis pauperies
abscondit superbie fomentum. vt dicit gregorius in moralibus.
Sicut ex habundanti cibo adeps nascitur. sic ex habundancia rerum superbia. Glo. super ibidem. In multitudine diuitiarum suarum gloriantur. dicit. Vnde magis homo inflatur quam de diuicias. Tolle ergo diuicias. et pauper non habet vnde glorietur. Deus ut dicit Bernhardus. Rarum et miraculosum est eas habere. et humilitatem retinere. Tertio. quia pauperies votum valet ad feruorem caritatis frequentiorem. que nascitur ex predictis. Pauper enim cum obsecrationibus loquitur. publicum. Vnde cum quis fame aut siti a nuditate labo
rat. deuocius se ad deum suum conuertit. tamquam ad sufficientiam largiorem. quia tibi derelictus est pauper maiori cum attentione dicit orando. panem nostrum quotidianum da nobis hodie. Exercetur pauper a somno corporis nocte consolacionis. et si non voluntarius. tamen per se coactus.
Mala enim que habet punit. ad deum ire compellit. Deus enim ut dicit gregorius sic tribulaciones immittere consueuit. ut cogant damnare cum psalmista ad dominum cum tribularer clamauit. Quarto. quia pauperies valet ad constantem securitatem. que ex puritate vite est. et fugam vitiorum. Vnde glo. super verbo 2. corinth. 8. qui cum diues esset ꝛc. dicit. Pauper in cella. diues in constantia. securior dormit in terra.